Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in regno dei. Venit enim ad nos
iohes in via iustitiae et non credi
disti ei. Publicani autem et me
retrices crediderunt ei. Vos autem
videntes nec penitentiam habuisti
postea ut crederetis ei. Dominica vj.

Oratio. Conserua populum tuum
deus et tuo nomini fac deuotum.
ut omnium subiectis officiis. et
qualia voluisti et cuncta dona feli
citer peperisti. Per. Lectio. Et nos
oblatio domine munera accipiat que
et renouet et gubernet et pro
tegat. Per. Postcommunio. Celebrio? dominice
pasche celebris quibus ut semper eadem
pascue veraciter viuimus appe
tamus. Per. Dominica in lxx.

Circumdederunt me gemitus
mortis dolores inferni ce
perunt me et in tribulatione
mea inuocabam dominum et exaudiuit de
templo sancto suo voce mea. Ps. Odi
gam te domine virtus mea dominus firmamentum
meum et refugium meum. hic ob mut
timus. Gloria in excelsis. usque in uigi.

Oremus populum tuum pasce. oratio.
quibus domine clamantibus ex
audi. ut qui iuste pro peccatis
nostris affligimur pro tua nominis
gloria misericorditer liberemur. Per.
Lectio. Sancti Ad corinthios.
Ecce nos qui sumus in agone
currit omnis quidem currit sed
unus accipit bravium. Sic cur
rite ut comprehendatis. Omnis enim
qui in agone continet ab omni
bus se abstinet. Et illi quidem ut
corruptibilem coronam accipiant.
nos autem incorruptam. Ego igitur
sic curro non quasi in incertum. sic
pugno non quasi aerem verberans.
sed castigo corpus meum et in ser
uitutem redigo ne forte cum aliis
predicauerim ipse reprobus effi
ar. Nolo enim vos ignorare fratres
quia patres nostri omnes sub nube fu
erunt et omnes mare transierunt. et
omnes in moyse baptizati sunt
in nube et in mari. Et omnes
eandem escam spiritalem manducauerunt. et omnes eundem potum spi
ritalem biberunt. Bibebant autem
de spiritali consequente eos pe
tra. petra autem erat xpistus. Gradualis.
Adiutor in opportunitatibus in tribu
latione speret in te qui nouerunt te
quia non derelinquis querentes te
domine. V. Quia non in finem oblivio erit
pauperis patientia pauperum non peribit in
eternum exurge domine non preualeat homo.
Tractus. Ad te domine clamabam deus
domine exaudi voce meam. V. Fiant
aures tue intendentes in oratione serui
tui. V. Si iniquitates observaberis
domine domine quis sustinebit. V. Quia apud
te propitiatio est et propter legem tuam sus
tinui te domine. Interis Tractus non dicitur.
Nullo tempore. Dominica. S. matheum.
Simile est regnum
celorum homini patrifamilias. qui exiit